

VI.

Vaterländische Anzeigen.

I. Literatur.

Die durch den Tod weiland Sr. Majestät Leopold des Zweiten veranlaßte und in der Hermannstädter evangelischen Pfarrkirche gehästene Neden und Gedichte, sind in Hermannstadt bei Petrus Barth in Octav gedruckt worden.

Die deutsche Nede hat Herrn Michael Planz, Pfarrern in Rothberg zum Verfasser. Ueber den Text 2. Kön. K. 18 v. 7 handelt sie von den wahren Vorzügen der Götter dieser Erde. — In einer kurzen Uebersicht werden die, auch in Deutschland durch so viele Druckschriften gerühmte Herrschertugenden des Höchstsel. Monarchen dargestellt; doch bleibt der Verfasser nur hauptsächlich bei dem stehen, was Leopold in Toskana Gutes stiftete.

Die lateinische Lobrede von Herrn Johann Müller, Pfarrer zu Grossschenern verfasset, handelt de glorioſa immortalium meritorum Corona divi Imperatoris Leop. II.

Schade, daß der Abdruck derselben durch so kleine und stumpfe Lettern entstellt ist.

Die deklamirten Gedichte endlich rühren, und zwar das lateinische von Herrn D. G. Neugeboren, des Hermannstädter Gymnasiums Rektorn und das teutsche von Herrn G. Gunesch, Konrektorn des nämlichen Gymnasiums her.

Bei eben dem Verleger ist auch in 8. gedruckt: Trauerrede auf den Tod der verwitweten Kaiserin, Königin Marie Louise, gehalten in der Hermannstädter evangelischen Pfarrkirche, den 19ten Iulius 1792 von Johann Filtsch Pfarrer zu Heltau. — Es wird über einige Stellen des 31ten Kap. der Sprüchw. Salom. von dem wahren Verdienste des weiblichen Geschlechts gehandelt, nach deren Erörterung, die Vorteile, welche die verewigte Monarchin, als Gattin, als Mutter, als Frau und Christin in seltem Grade besaß, geschilbert werden.

b. Politik.

Nim 19ten Oktob. wurde der diesjährige Gießenburgische Landtag (s. voriges Heft) zu Clausenburg geschlossen, bei welcher Feierlichkeit folgende Reden gehalten sind.

Allocutio.

Excellentissimi Domini Comissarii Regii Plenipotentiarii

Peracto labore quies gratissima est — & cui hoc otium, quam qui se publicis devovit officiis, magis indulgendum? exposcit hanc relaxationem animus nimium intensus, exposcit ipsa natura humana hanc quoque alternationem — optime autem perficitur quiete, qui eam non improbo promeruit labore; qui enim servit Republicæ, serviat et sibi necesse est, cum prosperitas illius absque prosperitate rei quoque domesticæ subsistere nequeat.

Quod ab Indole Gentis clarissimæ & a fidiли Inclitorum Statuum ac Ordinum erga Augustissimum Principem devotione cum exordio comitiorum expectandum erat, id peractis ad finem negotiis, pro termino hoc pertractandis, feliciter evenisse compertum est; cuncta enim ea, quæ et Majestati Regiæ, in publica commoda Studiosissimæ & Inclit-

tis Statibus ac Ordinibus, in propria Iura vigilantisimis, expedire videbantur, eo moderamine atque conatu accelerata sunt, ut non inglorios a publicis his occupationibus Regi & Patriæ consecratis, tantisper recedere, & rei quoque familiarior operam dare liceat.

Restant quidem adhuc ulteriora quædam negotia, ad systematicas Deputationes relegata, quoniam autem illa ad proximam usquæ Diætam sub Directione Excellentissimi Domini Comitis Gubernatoris Regii elaboranda venirent, de cuius indefesso in fulcienda Patriæ felicitate studio, & concinna rerum gerendarum methodo, testatissima aliunde adsunt specimina, nullus dubitare audeo, quin elaborationes hæ eadem dexteritate atque æquaminitate accelerandæ sint, ut nihil desuper desiderari relinquatur.

Unicum proinde supereft votum illud, ab Excellentia Vesta & ab Inclytis Statibus ac ordinibus mihi exoptandum, ut me nimirum amica illa, ac benevolia sua propensione, quæ me haec tenus in gratissimo Eorundem Consortio honorare dignati sunt, in futurum quoque dignari velint; Solius enim amore recti ductus nullos secundos fines habeo, ut aliquo partium afficiar studio, & quamvis pro ratione circumstantiarum Spiritui temporum nonnunquam aliquid cedendum, atque etiam felicitati publicæ efficacius consulendum esse judicem, cujusvis tam Gentis Iura, Legibus innixa, non tan-

tum revereor ac astimo, sed & assimilatio nem hanc necessariam esse reputo, cum absque illa nullum Ius, nullusque ordo rerum, nec ulla quoque felicitas publica subsistere queat.

Ex quibus itaque principiis illud porro suapte profluere arbitror, Sanctimoniam unionis, inter hujates tres Inclytas Nationes, Status Regni efficientes, a saculis initæ, ultro conservandam esse, sive Nationem Nationi, ad unum eundemque Scopum felicitatis publicæ tendenti, non adversari debere, sed junctis viribus & mutua Concordia in Commune bonum quod Suæ Majestati Sacratissimæ exoptatissimum est, adlaborare oportere.

Hoc animi sensu constitutus, & hac deinde spe fretus, pretiosissimam moram, quam Vi muneric mei ifthic transagi, suavissima memoria recolere nunquam intermissurus, Inclytos Status & ordines ultro salvos ac incolumes valere, ex candidissimo Cordis affectu appreco.

Allocutio

Excellentissimi Domini Comitis Gubernatoris

Boni Principii clarissimum est Testimonium bonus finis: Si enim dimidium facti, qui bene cœpit habet: quanto majore laude res feliciter cœptæ geruntur, ubi respondent ultima primis.

Comitia hæc nostra felici adeo omni-
deuce ac Auspice Excellentiæ Vestræ inchoa-
ta sunt, ut jam tum exuberans omnium, animis
letitiae spem certam finis optati polliceretur.

In arduo, multiplice negotiorum
nostrorum cursu Exc: V. interprete ac arbi-
tra fausta quoque votis precibusque nostris
Augusti oraculi responsa opperiebamur: su-
peravit autem spem eventus, & nunc pla-
ne, cum operi coroniden imponere prope-
raremus, Augustissimi Principis nostri cie-
mentiam atque adeo teneritudinem, vel ad
prima votorum nostrorum capita tantum
experti sumus, quantum & a tanto Patre,
quantus est Franciscus, & a tanto Medi-
atore, quantum in Excellentia Vesta nasti
sumus, præstolari poteramus.

Quæ omnia, si unquam faustissima,
certe hac luce, memorem gratumque a no-
bis animum poscunt. Et merentur sane ma-
gnorum Principis optimi beneficiorum pri-
mordia, & majorum Prælagiæ, merentur col-
lata in nos Exc: V. merita, quibus æter-
num in Cordibus nostris monumentum sta-
tuamus. Sed imprimis amplissimus illeat-
que amoenissimus futuræ nostræ felicitatis
campus, quem spei nostræ aperiri videmus,
si reliqua etiam quæ per Excellentiam Ve-
stram Regiæ Sanctioni submittemus, pari
successu coronentur, dignus est profecto,
qui animos nostros in eam erigat fiduciam,
ut jam futuris etiam frui videamur.

Nec est cur impensius hanc in rem no-
bilem illam benevolamque Exc: V. Propen-
sionem ultra exoremus, quæ tot tantisque
argumentis nos prævenit, & suapte præven-
tura est. Id unum ardenter optamus ut
nos & Augustissimi Principis clementia &
Exc: V. benignitate denique majorum nostro-
rum Exemplis dignos semper exhibere pos-
simus: tum vero ut Numen optimum maxi-
mum Principis ac Patriæ nostræ felicitatem,
ac Excellentiæ Vestræ inter nos prosperita-
tem perpetuam esse velit.

Allocutio.

*D. Protonotarii Csernatoni Nomine Statuum.
Excellentissime Domine Comes Comissarie Regiæ
Plenipotentiarie-*

P osteaquam Nos Status & ordines M.
hujus Transsilvaniæ Principatus universi ad
moderna Comitia Iussu Altissimo congregati
homagialem Devotionem nostram in Tui
Excellentissime Domine Comes ad Comitia
nostra delegati Comissarii Regii Plenipoten-
tiarii Personam glorioissimæ regnantis Sa-
cratissimi Principis nostri representantis
Præsentia Iure Iurando contestati fuisse-
mus, arduorumque negotiorum nostro-
rum pertractioni manum admovissemus
quanto jam inde a Principio generalis nostri
Confluxus ad hodiernam usque diem in nos
ferebaris animi affectu, & propensione, fac-

luculenta dedisti specimina; Tuo enim favore id effectum esse cernimus, quod objectorum Diætaliū molem mutua inter nos co-intelligentia in Summa tranquillitate ad optatum finem perducere potuerimus, magnanimitati tuæ tribuendum est, quod nobis operationibus nostris unice ad provehendam Principis utilitatem & Publici felicitatem procurandam directis operam impendentibus, Terminum Comitorum diutius ne fors protractum non tantum faventer indulseris, sed eum nobis commiseris, silentio præterimus in submittendis Augusto Sacratissimæ Suæ Majestatis Conspectui precibus nostris promptitudinem, & nobis serviendi alacritatem. Pro quibus eas, quas possumus Excellentiae Tuæ referimus gratias, enixeque rogamus, ut nos porro quoque favore complecti, negotiaque nostra efficaci Tua apud Augustum interpositione Sacratissimæ Suæ Majestati commendare digneris. Grata mente recolemus de nobis bene merendi studia, eritque Cordibus nostris infixatanti viri memoria, cuius mansuetudo, humanitas, in agendis dexteritas, ac erga omnes nos Comitas illum in animis nostris producit effectum, ut te, quem omnes suspicimus ac veneramur, ac ideo Patræ filium exoptabamus, a nobis recedentem amore summo ac grato pectore comitemur.